

**Badische Landesbibliothek Karlsruhe**

**Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe**

**Gebri Arabis Chimia**

**Geber**

**Lugduni Batavorum, 1668**

De Luna sive argento. Cap. XXXIII

[urn:nbn:de:bsz:31-95581](#)

fine utilitate, & est medicina laetificans, & in juventute corpus conservans. Frangitur facilissime cum Mercurio, & odore plumbi. Non est autem aliquid quod magis in substantia illi conveniat quam Jupiter & Luna. In pondere autem & surditate & imputrescibilitate Saturnus : in colore vero Venus ; in potentia quoque magis Venus, deinde Luna, deinde Jupiter, & præterea Saturnus, ultimo vero Mars. Et hæc cognatio est unum ex secretis naturæ. Cum ipso similiter cominiscetur & uniuersitetur spiritus, & figuntur per ipsum in maximo ingenio, quod non pervenit ad artificem duræ cervicis vel petrinæ.

*De Luna sive argento.*

C A P. XXXIII.

S E non enim nostrum facientes in Luna, communi vocabulo, argento, dicimus quod Luna est corpus metallicum album albedine pura, durum, sonans, perdurans in cinericio, sub malleo extensibile, & in iugone fusibile. Est itaque Luna albedinis tinctoria & indurat Jovem, & convertit ad se per artificium, & commiscetur Soli, & non frangit, sed in examinatione sine artificio secum non perseverat. Qui noverit ipsum subtiliare, & post subtiliationem insipisciare.

sare & figere eum auro associatum , manet cum eo in pugna , & ipsum non dimitit penitus. Super succum acutorum ponitur sicut aceti , salis armoniaci & agrestæ , & generatur coelestinus color mirabilis , & est nobile corpus : sed diminutum à nobilitate auri , & invenitur ejus minera determinata , & quandoque habet confusam minera cum aliis corporibus , & illud non est ita bonum. Calcinatur etiam & solvitur labore magno & sine ulla utilitate, quia perinde ut (.) earum fardium , quibus reliqua metalla laborant , & per calcinacionem expurgantur , ut docet, est expers.

*De Saturno seu plumbō nigro.*

CAP. XXXIV.

**P**Lumbum est corpus metallicum multum lividum , terreum , ponderosum , mutum ; parva participans albedine , cum lividitate multa , cinericrum & cementum refugiens , molle , facile omni sua dimensione parva compressione extendibile , & facile fusibile sine ignitione. Plumbum autem quidam satui putant & dicunt multum in natura sua auro approximare. Sed quoniam sunt duræ cervicis , omni ratione vacui , nullam veritatem conjicere , quantū in se est , ex subtilissimis rebus queunt , sed de eis secundum sensum judicant : Et quoniam